Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



YSA

confringet lasuncalam in ferro
et excelsi statura succidentur. et sub
limes humiliabuntur. et subiicient con
denta saltus ferro. et libanus cum
cum excelsis cadet. XI
Et egredietur virga de ra
dice yesse. et flos de radice
eius ascendet. Et requi
escet super eum spiritus domini. spi
sapiencie et intellectus. spiritus con
silii et fortitudinis. spiritus scientie et
pietatis. et replebit eum spiritus timo
ris domini. non secundum visionem
oculorum iudicabit. neque secundum au
ditum aurium arguet. sed iudi
cabit in iustitia pauperes. et arguet
in equitate pro mansuetis terre
et percutiet terram virga oris sui. et
spiritu labiorum suorum interficiet
impium. Et erit iustitia cinctorium
lumborum eius. et fides cinctorium
renum eius. Habitabit lupus cum
agno. et pardus cum edo accubabit
vitulus. et leo. et ovis simul morabi
untur. et puer parvulus minabit eos
vitulus. et leo. et ursus pascentur. si
mul requiescent catuli eorum. Et
leo quasi bos comedet paleas. et delec
tabitur infans ab ubere super foramen
aspidis. et in cauerna reguli qui
ablactatus fuerit manum suam mit
tet. non nocebunt. et non occident in
universo monte sancto meo quia re
plenta est scientia domini. sicut aque
maris operientes. In die illa. Ra
dix yesse qui stat in signum populorum
ipsum gentes deprecabunt. et erit sepul
chrum eius gloriosum. Et erit in die
illa adiicet dominus secundo manum
suam ad possidendum residuum pli
sui quod relinquitur ab assiriis. et ab
egypto. et a fethros. et ab ethiopia. et
ab elam. et a sennaar. et ab emath. et
ab insulis maris. Et leuabit signu
m in nationibus et congregabit profu
gos israel. et dispersos iuda colliget ab
quatuor plagis terre. et auferetur zelus ef
raim. et hostes iuda peribunt. Effraim
non emulabitur iudam. et iudas non
punigabit contra effraim. et volabit
in humeros philistiim ad mare simul
predabuntur filios orientis. Idumea
et moab preceptum manus eorum. et fi
lii ammon obedientes erunt. Et dis
labit dominus lingua maris egypti
et leuabit manum suam super flumen in
fortitudine spiritus sui. et percutiet eum
in septem rivos. ita ut transeant per
eum calcanei. Et erit via residuo po
pulo meo qui relinquitur ab assiriis
sicut fuit israel in die qua ascendit de
terra egypti. XII
Et dices in die illa. Confite
bor tibi domine quoniam iratus
es mihi conversus est furor
tuus. et consolatus es me. Ecce deus
salvator meus fiducialiter agam. et non
timebo. Quia fortitudo mea et laus
mea dominus. et factus est mihi in sa
lutem. Haurietis aquas in gaudio
de fontibus salvatoris. et dicetis in illa
die confitemini domino. et invocate no
men eius. Notas facite populis adi
inventiones eius. memento quoniam excel
sum est nomen eius. Cantate domino
quoniam magnifice fecit. annuntiate hoc